



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

§. 1. Stultum est, futura non prævidere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

quasi Sacerdo, quando Patri hostiam boni Martyris offerebat. S. Ambros. l. 3. de fide c. 7. circa. Non jacentem, non sedentem, vidit Dominum; sed stantem: paratum videlicet ad sibi impendendum suffragium. S. Laurent. Just. in fello S. Steph.

Stantem Christum videt; licet jam ad dexteram Patris sederet. Sicut, cum publicis spectaculis ades, proximisque fenestræ sedes, unde omnia, quæ in foro aguntur, facillè videas: si fortè aliquod accidat mirabile spectaculum; surgis, & stans illud intueris, licet posses sedens intueri: sed rei novitas te stare compellit, ut attentius consideres. Ita &c. 1. Cor. 4. 9. *Spe-ctaculum facti sumus &c.* Olorius de eodem. §. V.

### S. Stephani variæ virtutes, & laudes.

Tua dulcedo Stephano lapides torrentis dulcoravit. S. August. soliloq. c. 22.

Latabatur Proto-Martyr egregius propulari à saculo; & in patenti cœli introducendus palatium, vilissimæ carnis gratanter tentorium deserebat. S. Laurent. Just. f. de eod.

O Christi milites! hujus propugnatoris fortissimi provocati exemplo, viriliter pro Domino etiam nos pugnare non pigeat. Id. ib. ad finem.

Extra civitatem lapidabant: non enim habuit hic manentem civitatem; sed futuram totâ mente querebat. V. Beda in Act. 7.

Nulla perinde, ac Christi Passiones, voluptas delectabat: una quies, ac refectio, mori pro pietate, gaudebat periculis. - O terrestris Angele!

ô homo cœlestis! ô sidus manè exorientis! S. Basilii Seleuc. orat. in laudem S. Steph.

*Viri fratres, & Patres, Act. 7. 2.* Prudens exordium; optimum concionis ad populum irâ exaltantem principium. - At, ubi vidit obfirmatam malitiam, artificium omne, quod blandè animos demulcere, conciliareque, potuisset, omittens; nullis verborum ambagibus vocat eos *durâ cervicè &c. v. 51.* S. Astenus Laudatione de eodem.

Jungitur gratiæ fortitudo: quia infusis spiritu libertatis ignitus animus animus in lucem veritatis erumpit. B. Petrus Dam. f. de eod.

Cum B. Stephanus fuerit Proto-Martyr, & Martyrium Sanctorum sit eorum Natalis in cœlis; meritò statim post Natalem Domini Natalis S. Stephani celebratur. Durandus rat. offic. div. l. 7. c. 21.

Diaconus mensis præfectus est, & prodigiorum effector redditus. S. Chrysost. l. de eodem.

In loco martyrii S. Stephani ædificatum templum magnificum ab Eudoxia Augusta: in quo ostendebatur lapis, super quem S. Stephanus expirans, cadens retrorsum oculis in cœlum reclinavit caput; in quo signa, & effigies capitis, ac scapularum, tanquam molli cerâ manserunt impressa. Simulque cum alio lapide, in quo B. Virgo cum S. Joanne orabat pro Stephano, toto lapidationis tempore. S. Stephanus ergo coronam sui martyrii debet B. Virgini; sicut S. Paulus conversionem suam Stephano oranti. Hæc omnia ex gravissimis authoribus referunt Lorinus, Cornelius. Sylveira in Act. 7. 59.

## TITULUS XXXIX. STULTITIA.

§. I.

*Stultitia est, futura non prævidere.*

**E**sau parvi pendens, quod primogenita vendidisset. Gen. 25. 34. Jacob futura curavit, & quod æternum postea luceret, famem patienter tulit. Esau verò futura despexit, ut fami, præsentique cibi aviditati, serviret. Naxera in Jos. 16. §. 15.

*Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere.* Eccle. 10. 15. Est metaphora in mancipiis damnatis ad labores, vel in ergastulis, vel in agris, vel in fodinis metallorum: qui, cum ibi viam laboriosam degant, ignorant viam in urbem, ut in ea vitam civilem, facilem, agant. aut à viatoribus, & peregrinis; qui, cum viam rectam, & compendiosam, in urbem, in quam tendunt, ignorant; per circuitus, & anfractus, vel serò, vel nunquam, ad urbem destinatam perveniunt. Simili modò stultus laborat, ut sapienter, & feliciter vivat; sed frustra: quia viam in urbem, id est, rationem, & methodum Sapientiæ ignorat, nescit sapienter res suas exequi; nescit, qua in re sita sit sapientiâ: quarit enim eam in libertate, gula, luxuria, &c. cum sita sit in prudentia, & virtute. Cornelius hic.

*Visi sunt oculis insipientiam mori.* Sap. 3. 2. *Polyanth. Sacra. Tom. II.*

qui oculos suos statuerunt declinare in terram, id est, qui solum considerant præsentia, nec futura. Sed oculis sapientiura videntur nasci. Propter quod abitus Sanctorum vocatur *Natalis*, secundum Job. 11. 17. *cum te consumptum putaveris, orietur ut Lucifer.* S. Bonaventura hic.

*Et quinque fatuæ.* Matth. 25. 2. Propterea Virgines fatuæ sunt appellatæ; quoniam circa fatuas Mundi curas vocabant; hic congregantes, ubi minimè est reponendum. S. Chrysost. hom. 51. in Joan. Meritò fatuæ: quia, quod eis futurum erat, prævidere nescierunt, illectæ terrenis illecebris: sed tardè sibi providere voluerunt; quoniam amplius tempus non erat. Magis autem præter omnem rationem, si de alienis bonis se fulcire satagebant, fatuitas est, tempus non prævenire per tempus, ut possibilitas ipsa permittit. Sim. Cass. l. 6. c. 28. Qui recte credunt, & justè vivunt, assimilantur quinque prudentibus: qui autem profitentur quidem fidem Jesu, non autem præparant se bonis operibus ad salutem; reliquis quinque Virginiibus fatuis. S. Gregor. hom. 22. in Evang. Lampades animæ nostræ, & unius cujusq; mens lampas est; quæ tunc accenditur, quando habet oleum virtutum & misericordiam. Fatuæ autem virgines ideo; quod

761

a con-  
nem,  
quod,  
ndum  
mmo-  
-i.  
i non  
gi gu-  
sa re,  
Dei:  
cum  
72. 5.

ostis,  
quod  
tatio-  
isc. de

*Sunt.*  
es ab  
s, cir-  
aben-  
quan-  
lesia:  
illis.  
gelo-  
ignæ  
ctus.

Me-  
o, ad-  
ten-  
ut in  
4. in  
ator;  
3. de  
num  
& vi-  
bluit.  
o no-  
gna-  
tigi;  
tam,  
etur.

omi-  
cun-  
culis  
um.  
tan-  
proe-

quod  
utas  
, qui  
emi-  
, ex  
vo-  
ssia,  
. 19.  
aster.  
Qui

quòd tunc requirant oleum, cum non sit negotiandi tempus. Theophylactus hic.

O infensata mortaliù cura in vanis! cum quantà solertià & diligentia, annuatim rationes suas revident, & prævident, & calculant, & discutiunt, sæculi mercatores! animæ verò suæ stolidi peccatores, per plurimos annos peccatis obrutæ, ac submersæ, rationes cum Domino negligunt, cum tanto periculo, revidere. S. Bernardinus l. 15. de vera Confess. Artic. 1.

Vide Prudentia.

§. II.

Miscellanea.

*E*Cce in manu tua est; veruntamen animam illius serva. Job. 2. 6. id est, tantummodo eum amentem non facias. Abbas Serenus Collat. 7. c. 12.

*Stultissimus sum virorum.* Prov. 30. 2. Cur Salomon tali, tantæque Sapientiâ, tali munere divinitus ornatus, omnium se stultissimum appellat? Nimirum quòd prudentiam, quâ pollebat, ex seipso profectam non esse statuebat. S. Gregor. Naz. orat. 3. de recta doctrinæ sententiâ.

*Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens.* 1. Cor. 3. 18.

Sapiente unò inventò, reperitur fatuorum multitudo innumera. Philo l. I. legis alleg.

S. Theodorus Salus propter Christum stultus. Bollandus. 25. Febr.

Infernus est hospitale stultorum S. Vincentius Ferr. f. de S. Laurentio.

## TITULUS. XL. SUDOR.

### Christi Domini Sanguineus.

*E*Cce nubecula parva ascendebat de mari, & facta est pluvia grandis. 3. Reg. 18. 44. 45.

*Aperi mihi &c.* Cant. 5. 2. - *caput meum plenum est rore.* Antequam copiosus imber defluat, tenuis è cælo delabitur pluvia.

*Quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.* Eccl. 24. 20. Myrrha arbor bis per annum inciditur. Sudat autem sponte, priusquam incidatur; quæ vocatur flacte, sive lacrymæ myrrhæ; eaque myrrha est præstantissima: sicut inter aliarum arborum resinas, lacryma, quæ sponte fluit, est optima. Ac inter vina lacryma, quæ ex uvis maturimis sponte destillat, est sapidissima. Sic balsamum. Cornelius hic.

*In villa, quæ dicitur Gethsemani.* Matth. 26. 36. Gethsemani idem est, quod *torcular olei*: in hoc enim villa videtur fuisse torcular; ad quod olivæ, in oliveto copiosè provenientes, deferbantur, ut in eo premerentur ad exprimendum oleum. Ibidem ex agonia expressus est Sanguis Christi; quò, quasi oleò, rescimur, unguimur, pascimur. Cant. 1. 2. *oleum effusum nomen tuum.* Cornelius hic.

Licet plena ratio naturalis non possit reddi de tam stupendo doloris signo, ostensò in sudore sanguineo; nihilominus dici potest, quòd aliquantè dispositivè timor, & amor, bellantes in corde Jesu, quoad suum sensitivum in causa fuerunt. Dum enim attenderet, tam grave bel-

lum super se verissimè imminere; timore concussit sensitivum suum; ex quo sanguineus sudor fuit ad interiora reductus. Super hunc autem timorem rejiciendum fortissimus, & ferventissimus, amor; tanquam miræ magnitudinis malleus reperiens, & ipsum excludens; omnes poros corporis Jesu Christi, & venas largiter relaxavit; ut sic totò corpore fluere sanguineus sudor decurrens in terram. S. Bernardinus l. 55. Act. 1.

*Et factus est sudor ejus &c.* Luc. 22. 44. Sicut vehementia ignis facit, ut in distillatione aqua è rosis emanet; sic vehementia amoris fecit, ut ex Corpore Christi sanguis stillaret. Cornelius hic.

Notant nonnulli ex Egesippo Apostolorum discipulo, natam ex hujus sanguinis aspergine arborem, quæ in foliis hanc præferat Scripturam: ô mors! quàm amara est memoria tui! Drexelius delic. gent. hum. p. 2. c. 2. §. 4.

Vifus est aliquando Parisiis, teste Maldonatò nostrò in c. 26. Matth., vir aliquis robustus, acceptâ mortis sententiâ, coram Judicibus totò corpore sudasse sanguinem. Doultreman l. 2. c. 3. Sect. 7.

Sanguineus sudor crux fuit ante crucem, Hildebertus Turon. in versib. de Missa,

Sudat sudore sanguineò; ut, supra naturam communem hominum, suum dicat esse amorem; quando aquam in oratione pro omnibus fudit, & sanguinem. Sim. Cass. l. 13. hic.

